



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

VII. Die Markgrafen Otto und Konrad befreien die Altstadt Brandenburg von der Erhebung der Bedeabgaben und Steuern, am 24. April 1295.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

VI. Der Markgrafen Otto und Konrad ausführlichere Verschreibung über das Dorf Brylowe für die Altstadt Brandenburg, vom 29. Dezember 1290.

In Nomine domini Amen. Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses et de Landesbergk, universis hanc literam intuentibus in perpetuum. Generatio preterit et aduenit, et suis spaciis transeunt omnia et nihil sub sole est, quod perpetuum sit, nisi solum divina, que sic a prima sui natura stabilita sunt, quod non poterunt immutari. Vitale igitur compertum est, quod gesta hominum mobilia, ne defluant cum fluxu temporis, linguis testium idoneis et scriptis authenticis eternentur. Nosse itaque presentes volumus, posteros nec latere, quod nos villam Brylowe cum universis ipsi ville adiacentibus, quocunque censeantur nomine, utpote eam in hunc diem possedimus, cum omni juris integritate nostre civitati antique Brandenburg apposuimus et donavimus, ita ut ipsa nostra civitas ipsam eandem villam jure hereditario possideat perpetuis temporibus, liberam ab omni theloneo et ab omni labore, quod incole eiusdem ad aggerem facere hactenus consueverunt, et sub jure civitatis sepe-dicte eam similiter perpetuis temporibus possidebit. Perfoluerunt autem prefati nostri Burgenses pro predicta villa nobis novem Marcas argenti Stendaliensis ac XXI talenta denariorum, ut prefatam donationem una cum nostris heredibus gratam et ratam firmiter perpetuo teneamus. Vt igitur hec nostra donatio multis presentibus rite facta futuris nequeat calumniari temporibus, presentes conscribi iussimus literas et sigillorum nostrorum appensionibus consignari. Testes hujus rei sunt fideles nostri, Nobilis Vir Comes Burchardus de Lyndow, Hinricus Dapifer de Wardenberge, Bertoldus pincerna, Ditehardus de Wotzsterhow, Burchardus niger de Yrkesleue, Conradus de Wenden et Otto de Gladejou et alii plures fide digni. Acta sunt hec Magdeburg anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXX primo, et data per manum Domini Alwardi Prepositi Reppinensis Curie nostre Notarii in crastino Innocentium.

Gerdens Fragm. march. I, 32, 33. Die Urkunde ist zwar aus dem Jahre 1291 datirt, aber das Jahr begann damals mit Weihnachten. Auch befanden sich nach andern Nachrichten die Aussteller am Ende des Jahres 1290 in Magdeburg.

VII. Die Markgrafen Otto und Konrad befreien die Altstadt Brandenburg von der Erhebung der Bedeabgaben und Steuern, am 24. April 1295.

Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenses et de Landesberg Marchiones, omnibus in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum fluxu temporis elebantur et fluant, aut oblivionis caligine deleantur, consuevit ea modernorum subtilitas scriptis publicis et vivaci linguarum testimonio commendare. Ad univerforum itaque Christi fidelium etatis tam presentis quam postere publicam volumus notitiam presentis scripti continentia perueire, quod nos fidelium nostrorum civium antique civitatis Brandenburg pio affectu intuentes obsequia, ad que nunquam ipsos graues aut tardos verum, semper beneuolos invenimus atque pronos, eorumque igitur pie condolentes inopie, pleno heredum nostrorum consensu maturoque nihilominus prudentum virorum nostrorum accedente consilio, ipsis eorumve civitatis inhabitatoribus siue jam nunc eam inhabitent aut futuris temporibus eam intrauerint ad faciendam residentiam in eadem, libertatem donavimus per presentes et damus perpetuis temporibus duraturam, ita quod a predictae civitatis nostre inhabitatoribus presentibus et futuris, si qui videlicet ad inhabitandum eam undecunque ingressi fuerint, ut est dictum, nec per nos, quoad vixerimus, nec per

heredes nostros presentes aut posteros vel aduocatorum aut Officialium nostrorum quoscunque debeat aliqualis exactio, precaria siue confagittatio extorqueri quomodolibet aut requiri. Sed talia nec non his familia, quocunque censeantur nomine, antedictis civibus nostris perpetuo relaxamus. Vt igitur nostra huiusmodi libertatis voluntarie donatio impermutabiliter obseruetur in posterum, presentes literas in prefate donationis euidentis testimonium fieri iussimus ac sepe dictis civibus nostris dari sigillorum nostrorum appensionibus communitas. Hujus autem rei testes sunt fideles nostri, Otto de Puch, Conradus de Redere, Johannes de Oldenvleth, Albertus de Cleps, Renzoko de Guzik, Zulo de Wedele, Tethardus de Wuftrou, Henningus de Jagow, Theodoricus de Bernwolde, et Godfridus de Oldenhufen, milites, et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXV<sup>o</sup>. Indictione VIII. Epacta III. Concurrente vero V. et data apud Rathenow, in crastino B. Georgii martyris, per manum Gerardi nostre curie notarii.

Gerdens Frag. 4, 35. 36. ex orig.

#### VIII. Die Markgrafen Otto und Conrad vereinigen das Dorf Luckenberg mit der Stadt Brandenburg, am 1. Mai 1295.

Otto et Conradus, Dei gratia Marchionis Brandenburgenses et de Landesberg, omnibus in perpetuum. Quum nihil in mundo maneat quin deleat illud etas, est mentis scriptora fidele sigillum. Ne igitur geste rei memoria labente tempore simul cum tempore dilabatur, dignum videtur et est, vt ea, que per nos sunt, cum subscriptione testium in acta publica redigantur. Notum ergo esse volumus vniversis Christi fidelibus, presens scriptum intuentibus, tam presentis temporis quam futuri, quod ad instantiam et petitionem carorum nostrorum Burgensium de Brandenburg villam seu locum Luckenberge cum omnibus suis atinentiis, agris, pratis, pascuis, viis et inuis, ciuitati predictae Brandenburg apponimus perpetuis temporibus tali jure, quod Stadt-Recht dicitur in vulgari, ita etiam, quod agri huiusmodi de ciuitate predicta tantummodo excolantur. Adiciamus siquidem quod possessores agrorum ville prefate vel loci pachtam rediment cuiuslibet frusti pro tribus talentis monete Brandenburgensis peroptime et legalis. Quod si facere noluerint, Burgenses nostri predicti pro tanto pretio vt predictum est pachtam rediment memoratam vel cui id duxerint committendum, qui de quolibet manso soluet dnos solidos annuatim, et ad hec efficienda et implenda aduocatis nostris, qui nunc sunt ibidem vel pro tempore fuerint, per presentes damus et concedimus plenariam potestatem. Vt autem predicta omnia et singula per nos heredes et successores nostros perpetuo inuiolabiliter obseruentur, presens scriptum conscribi fecimus et sigillorum nostrorum firmari iussimus munimento. Testes huius rei sunt Bertoldus pincerna, Zabellus de Bardèleue, Theodoricus de Quitzoue, Theodoricus de Bernwolde aduocatus in Rathenow milites fideles nostri et quam plures alii fide digni. Actum et Datum Sandowe sub annis domini M. CC. nonagesimo quinto, in die beatorum Philippi et Jacobi apostolorum.

Gerdens Frag. III, 17. 18 ex orig.

Ann. Hiernächst müßte in der Reihe der Brandenburgischen Urkunden die Vereignung des Dorfes Planow durch den Markgrafen Otto vom 20. Sept. 1297 folgen. Diese Urkunde ist indessen schon Band VIII, S. 188 abgedruckt. Wir tragen hier nur das dem dortigen Abdrucke fehlende Datum: in die sancti Eustachii et sociorum ejus aus einer andern Ausfertigung des Documentes nach.